

10
ten gefallen / dasjenige / was für ihn dienet / vnd ihm zu Nutz kommen
kan / vor sich zu compariren vnd durchzulesen. Gott helffe / das es zu sei-
nen Göttlichen Ehrn / vnd der lieben Christenheit zum besten diene vnd
gereiche / Amen. Datum Dresden / am 24. Junij, Anno 1614.

Michael Prætorius C.

Oculissimo meo

MICHAELI PRÆTORIO,

nunc temporis

In utraq; aula Saxonica

Hinc ELECTORALI, ihinc GUELPHICA,

Chorago Musico:

Tumultarium sane, sed affectu sin-

cero plenum

ELEGIDION

nuncupabam.

Semper Te evexit Prætori Musica: & illam
Evexit studio Tu quoq; in alta Tuo.
Illa Tibi Henrici patefecit Iulij amores:
Per Te ea maesta Ducis rursus amore fuit.
Illa Tibi Ensiferum meruit: meruisti ei eundē
Tu quoq; Te celebrem reddidit illa: Tu eam.
Et jamdum sumum venisti utrinq; ad amorē:
Nesciamur ardoris vi alteri utram anteferam.
Vsq; adeo quæ Tu fecisti Musicæ; ea illa
Cuncta Tibi rursus præstitit igne pari! (mori;
Iudice me; alteri amor præstat tamen alter a-
Quomodo? Rosores jam parit illa Tibi:
Admiratores Tu contra illi. Et quis id æquum:
Aut adeo fieri mutuo amore putet?
Scilicet hoc bellum est! Sic certat amore; Ti-
Martyrium veri parturit evlogij, (biq;
Solâ homini invidiâ præconia vera parantur:
Qui caret hac, veræ laudis honore caret.
Propterea ne pone animum: Ne desine porro
Musicam amatricem rursus amare Tuam:

Quin potius perita studiosius evehere illam,
Evehet & rursus Te studio illa pari.
Augebitq; adeo stipendia; jam modo ut auxil:
Quando dedit duplici conditione futui:
Hinc Electoris Magni; inde Leonis in aulâ
Guelphici; ubi gemino distrahere officio.
Det tantum superesse Tibi, cui cantica pangis?
Soli! erit auspicio Musica quanta Tuo? (cissi
Musicæ item auspicio quantus Tu eris ipse vi-
Quantus adhuc nemo Musicum inante fuit.
Videre, ingenium quis de meliore metallo,
Quæ dederas, & quæ de hinc monimenta da-
Videre insolitâ sub majestate verendam (bis.
Prodire ingenij Musicam ab arce Tui. (Secum
Porro aderunt famulæ citius spe: instructaq;
Quæ sunt, quæq; fuere, Organa cuncta feret.
O utinam tantum magni Electoris in aulâ
Ocia det studio grata Vacuna Tuo!
Principium factum est: respondeat exitus, oDI
Livor ut Invidiâ concidet ipse suâ!

Job. Steinmetzius S. Phil. & Med. D.

Poet. Imper. lauriger. &c.

Aliud.